



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

§. 229. Iesus autem iterum clamans voce magna. v. 50.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

ſæpius, eheu! dolor! ſine ſiti datur ad crapulam & ſuperfluitatem: Itane ſer-
 vus melius tractatur, quam Dominus? Creatura quam ipſe Creator om-
 nium Deus! Eheu doleo vehementer ob ſimiles exceſſus & peccata gravif-
 ſima, emendabo me ex nunc Domine, Tu robur ter & auxilium propter
 illum amariffimum fellis & aceti potum, & ſitim meæ ſalutis, ut ſatureris.
 Sitis enim tua mea ſalus eſt & redemptio univerſorum.

§ 228. *Cæteri autem dicebant, ſine videamus an veniat Elias liberans
 eum. v. 49.*

Dum continuaret miles ille in porrigendo ſpongiam aceto plenam
 & felle Ieſu, cæteri aſtantes illuſorie dehortabantur eum, ut ceſſaret ab ob-
 trudendo ad os Chriſti benediſtum, ſpongiam, ne forte vel ſuffocaretur
 ante adventum Eliæ, quem irriſoriè expectare ſe ſimulabant: alii ex
 livore & odio in Ieſum dicebant militi porrigenti, *ſine, hoc eſt, ceſſa, noli ei*
ultra propinare acetum, ne citius moriatur, ſed diutius agonizet & illuda-
tur à nobis & crucietur, quia inimicus noſter eſt pervertit gentem noſtram,
& legem Moyſis, Regem noſtrum ſe fecit, cum non habeamus Regem ni-
ſi Cæſarem, contrarius fuit operibus noſtris, ideo & nos ſumus ei in omni-
nibus contrarii; & lentiffima, & amariffima morte mori eum deſidera-
mus.

O Dulcis Ieſu, miſiſſime Ieſu, patientiſſime Ieſu, quid feciſti populo
 huic, aut in quo moleſtus fuiſti, ut ita te odio habeat nec ſatiari poſ-
 ſit in te affligendo, nova continuo excogitando tormenta in te: per omnes
 ſentus & prolongendo ad hæc vitam, Certe tu nihil mali feceras eis, ſed in
 te puniebar ego *Quid ergo tibi retribuam bone Ieſu pro omnibus quæ retribuifſi mi-*
hi? Calicem ſalutaris accipiam & nomen Domini invocabo, & laudabo, tua adiu-
vante me gratia, in æternum. Amen.

§. 229. *Ieſus autem iterum clamans voce magna v. 50.*

Paulo ante circa horam nonam exclamavit Ieſus voce magna ut om-
 nes attenderent ad verba teſtamenti ſui ad patrem dicendo: *Eli Eli*, nunc
 volens emittere Spiritum iterum clamat voce magna oſtendens in hoc ſe
 verum hominem, verè paſſum poſt tot exardatos labores, anguſtias, con-
 tumelias, irriſiones, flagella, verbera, cruciatus, ita ut jam ſit factus peripſe-
 ma & ludibrium toti mundo ab ijs pro quibus paſſus ſit, jam pro iis quo-
 que mori ſe paratum, unde ex Cathedra ſanctæ Crucis extenſis brachiis ab
 Oriente in Occidentem, vel Septentrione in Auſtrum, in medio terræ po-
 ſitus voce magna clamat, & quaſi convocat totum mundum proteſtando ſe
 patri irato ſauſſe in omnibus quæ promiſerat ipſi pro genere humano

redimendo & reconciliando, nunc restare ultimum, scilicet mortem, ut totus igitur mundus, tam absentes quam præsentis mortales, audiant & attendant quanto cum dolore & nihilominus, cum quam perfecta ratione moriatur, testimonium perhibere possint suo tempore mortis ejus: ultimam & sanctissimam addit vocem.

O Christe, jure igitur laudant te & adorant, glorificantque omnes fines terræ, & ego licet minimus in gratitudine, maximus tamen peccatorum, humilio me ideo ante te mi Jesu & dico tibi deberi omnem laudem & gloriam & honorem, & potestatem & gratiarum actionem in sæcula sæculorum amen, cum hac mea annexa supplicatione humillima, ut cum mori debueram, clamē quoque ad te misericors Deus clamore valido, & cum lacrymis tactus dolore cordis ob multitudinem peccatorum meorum, & desiderio te videndi & ad te perveniendi, Anima Christi sanctifica me, Corpus Christi salva me, Sanguis Christi inebria me &c.

§. 230. *Emisit Spiritum. v. 50.*

Spiritum, creatum scilicet seu animam creatam, quæ humanum corpus & passibile & conceptum de Spiritu Sancto, natum ex Maria Virgine triginta tribus annis informarat, jam è Cruce ex eodem corpore emisit non recta ad cælum, vel quo libuisset, sed in inferiores terræ partes, scilicet limbum Patrum, ubi detenti parentes primi cum filiis suis Patriarchis & Prophetis & Sanctis Dei expectabant redemptionem, per hunc verum Dei filium. 2. Infernum, ut eundem Rex gloriæ Christus statim detriumpharet, & quasi victor coram hostibus intraret. Impletum est tunc quod in psalmis insinuat, nempe ut Chorus Angelicus ante faciem eius portas Principum tolli præciperet, tunc ploratus & eiulatus Ægypti magnus insonuit in toto inferno, viso suo Iudice. Nec amore aliorum hominum emisit spiritum, sed singulari quodam modo, non enim coactus, aut præter suam voluntatem, sed voluntariè sacrificavit & tradidit in manus patris spiritum suum. Hinc sole clarius patet, sic redemptos captivos iam non amplius esse nostri juris, sed Christi, qui membra nostra suis membris, nostras virtutes & potentiam, suis viribus & potentia, nostrum honorem & divitias, suo honore & divitiis nostrum corpus suo corpore, nostram animam sua anima ineffabiliter redemerit, solverit, & sibi ut spoliū victo hoste acquisierit.

Placet mihi dulcissime Jesu, placet me esse tuum Mancipium. Id esse volo & permanere in æternum: bonum enim mihi est esse tecum, bonum valde & jucundum & laudabile. Benedictus sit itaque Deus Pater, qui me creavit,